Adveniens alius ironice ascripsit Cetera Hic dns nihil fecit.

Iuriscons: vanitas

Illo die multa dixit de iurisconsultis quorum studia essent vanitas, Nam omnes fere eorum libri essent extra actiones et iura. Totus 1 et 3 liber decretorum plane mortuus est decretales similiter. Mea ultima voluntas est ne ullus filiorum meorum ~~est~~ in illa facultate promoveat. Ioannes erit Theologus Martinus ist ein Schelkgen illum timeo. Paulus soll wider den Turcken.

Literae Iacobi Schenck contra legis praedicationem

Offerebantur literae do: Iacobi ad suos pastores scripta ubi plane legis praedicationem quasi non necessariam reijcit ~~cum~~ quia esset rationi humanae perspecta. Euang: autem ultra omnem captum rationis esse semper et dulcissime praedicandum. Et quod CHRVS Petro mandauerit pasce pasce pasce oues meas non macta neque occide. Esse neque minus consultum quod praedicator propter pauculos aliquos impios in concionibus fulminare vellet et interim totam Ecclesiam relinqueret. Priuatim impios esse arguendos, et magistratui indicandos Et Lutherus Talia monstra viuentes videre